+

omnibus Summisq[ue] pecuniariis quibusvis habitis et habendis viri:
tum et obligant p[raese]ntes Intercisam certam inter se Recognoscent[e]s
vere certarum verum et Condictionum in eadem Intercisa Contentar[um]
de actu et data illius hic Premysliæ die hesterna in actis Contenta
hoc est die decima Sexta Februarij Anno p[raese]nti confectam et
conscriptam, manibus sui Recognoscentium p[ro]priis ab Utrinque
subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisæ Condictionibus punctis
Clausulis articulis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Universis
firmiter tenere Complere, exequi ac inviolabiliter observare
omnibusque et singulis illius Contentis tam in parte quam in toto
toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam p[rae]fatam ad
Inscriptionem p[raese]ntem Roboratoriam, et Inscriptionem p[raese]ntem Robo
ratoriam ad p[rae]dictam Intercisam Vicissim in toto refe:
rendo. Idque sub Vadio Summæ Quatuor Millium Octingento:
rum Quadraginta Florenorum Polonicalium per partem parti
cum Successoribus Utriusque partis, ob non Complectionem Con:
tentorum Intercisæ p[rae]fatæ omnium et singulorum, tam in parte
quam in toto toties quoties opus fuerit ad Solvendum succum
bendo. Pro quo quidem Vadio modo p[rae]misso ad Solvendum
succubito ac pro re aliqua principali ex Contentis Intercisæ
p[rae]fatæ non Completa Complenda litata existente memora:
ta pars Una p[rae]missa non tenens sive eius Successores ad instan
tiam partis alterius p[rae]missa tenentis et Complentis Successi:
bus Successorum, ad quodvis Judicium et Officium Regni etiam
inter Terminos tactos ex hinc recessu suprascripto etc. Sen:
tentur ligamenta ex p[rae]cedenti dedito nil mutando iux
ta formam Cancellariæ usque ad finem.

~~594~~ Socha Balickiemu Cedit.

954 Comparens personaliter Coram officio et Actis p[rae]sentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Tho:
mas de Chomentow Socha sanus mente et corpore existens

a Terris.

a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] Suis quibusvis
exemptis et Competentibus reddit Generosae V[est]rae Castrensi Capitanea:
li Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum praesentem attinet
Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plena:
rie incorporando atq[ue] Subijciendo, palam libere, publice ac
per expressum recognovit. Quia ipse, de omni et integro
Jure Suo infrascripto nimirum de Intercisa certa inter Ma
gnificum Georgium Vandalinum de Magna Kunczyce Mni
szech Sanocensem Strzyżoviensem Dembovecensem Capitaneum ab una
et Generosum Alexandrum de Orzechowce Orzechowski parte ab
altera parte Certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Con:
tentarum, Ex qua vero parte obligationis Certarum Sortium in
Villa Sufzyca iacentium in Palatinatu Russiae, Terra vero Praemi
sliensi Sitarum et Consistentium in eadem Intercisa atq[ue] Inventario
eo nomine Conscripto specificatarum, de actu et data illius Intercisae
hic Praemysliae die Tertia Mensis Martij Anno D[omi]ni Millesimo
Sexcentesimo Sexagesimo Septimo proxime transacto confecta et
Conscripta, manibus eiusdem Magnifici Capitanei Sanocensis
et Supranominati Generosi Alexandri Orzechowski propriis ab utrinq[ue]
Subscripta Actis officij praesentis cum interpositione Vadij Duorum
Millium et Ducentorum Florenorum Polonicorum ad tenorem firmata
necnon de ipsa Inscriptione eiusdem Intercisae Roboratoria, Summaq[ue]
in illa Duorum Millium et Ducentorum Florenorum Polonicorum et In:
ventario ratione eorundem bonorum Conscripto bonisq[ue] ipsis in eadem
Intercisa et Inventario specificatarum, Praefatum vero Generosum Alexan:
drum Orzechowski Generoso Stanislao Tyrawski Actis Terrestribus Prae:
mysliensibus Sub Interregno Feria Tertia post Festum Sanctae Agne:
tis Virginis et Martyris proxima inchoatorum Judiciorum ad diem
Sabbathi in Vigilia Festi Sancti Mathiae Apostoli durantium
Anno D[omi]ni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto Cesso
et totaliter transfuso, per eundem V[est]ro Generosum Stanislaum Tyrawski
Sibi Regenti Actis ipsis Terrestribus Praemysliensibus condescenso Jure

†

Originali et Cessionario atq; praefatus ipse de praemissis Summis exi-
stere cum parata bonorum eorundem Jurisq; praesentis Cessi Intromissione
Tentione, Evictione pacificeq; in hucusq; per se Regentem Conti-
nuata possessione cum omni praemissorum Jure Dominio proprietate
Competentiaq; et Prerogativa quavis omnibusq; et singulis Inscriptionis praefatae
et eius Inscriptionis Roboratoriae Jurisq; praesentis Cessi, Conditionibus punctis,
Clausulis, articulis, Vadiis ligamentis, ac nexibus in Vniversum omnibus
Summarumq; Superscriptarum et bonorum Summa easdem oneratorum, Vtilita-
tibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis
obventionibus attinentiisq; et pertinentiis generaliter Vniversis nihil
ex praemissis Juris Dominii proprietatis ac cuiuvis Competentiae et Pro-
gativae pro se Regente suisq; Successoribus aut quopiam alio reservando
Seu excipiendo, Verum prout praemissa omnia et singula praememoratus Regens
tenuit habuit et possidebat ipsumq; concernebant, ac ei spectare Ser-
viebant, Jam ex nunc et de facto Generoso Hyacintho Balicki et ipsius
posteris (Cessionaria sufficienti et plenaria pro praemissis omnibus Satisfactione)
cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesens omne et
integrum Jus Suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi
Hyacinthi Balicki Cessionarii sui eiusq; Successorum totaliter et plena-
rie transtulit transfudit, et incorporavit, prout transfert transfundit
et incorporat praesens In quod quidem Jus praesens cessum Summarum ac bona
Summa easdem onerata praemissaque omnia praesens per se Regentem transfusa ipse idem
Regens Generosus Thomas Socha praefato Generoso Hyacintho Balicki Cessio-
nario suo eiusq; posteris, iam ex nunc et de facto Coram officio praesenti
dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq; possessio-
nem per Ministerialem quemcunq; Competentem et Nobiles duos die quacunq;
Voluerint officiose accipiendam. Per ipsum Generosum Hyacinthum Balicki
Cessionarium suum sive ipsius Successores hocidem Jus praesens Cessi-
onis Summarum ac bona Summa eadem onerata praemissaq; omnia per prae-
sentes transfusa, cum Vniversis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus
Competentiaq; et praerogativa quavis tenendi habendi et possiden-
di, illisq; quiete et pacifice Vtifruendi ac ad suos suorumq; Successi-
sorum quorvis beneplacitos Vsus fructus libere et effectualiter Con-
vertendi

Conuertendi praefati Iuris Originalis ea omnia latius in se Complectentes praeterq Cessi et transfusi Vigore Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens Gnosus Thomas Socha prout se ac suos Successores, in et sup bonis suis gnitis omnibus ac summis quibusuis pecuniariis habitis et habendis, Suprascripto Gnoso Hyacintho Balicki Cessionario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius Successores in dicto Iure Cesso Summa ac bonis summa eadem oneratis omnibusq omnibus praefatis transfusis, et ratione omnium praefatorum abcessorum, ab omni et quauis impetitione Iuridica quarumcunq personarum, cuiuscunq Conditionis Status et Sexus cuiusuis existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentis et suorum Successorum Iurisq praefati Cessi tantummodo et non Vltra exorienda, in omni Iudicio et officio Rni semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, euincere, intercedere et eliberare, indemnemq eum potenter reddere, nec non hocipsum praefatum Cessum Summam ac bona summa eadem onerata omnibusq omnia praefata transfusa, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praesentibus ex de contra cuiuis personarum modo quocunq ethes ex re persona et occasione sui Recognoscentis suorumq Successorum tantummodo et non Vltra factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem praemissa omnia pro se Regitam Cessa importatis et importandis, lucris denique et perlucris processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quouis Iudicio et officio Rni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praefatis transfusis ibidem ex re persona et occasione sui Recognoscentis suorumq Successorum tantummodo et non Vltra perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam Coram officio praesenti admittere in fundo bonorum praefatorum Summa eadem praefata abcessa oneratorum dum per Mtem et Nobiles duos officio requiretur,

+

non derogare imo debebit et tenebitur eandem libere dare
et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem posses:
sionem et usum fructum praemissorum omnium praesentibus
tanis suorum quovis modo tam ipse quam per suas quasvis sub:
missas et subordinatas personas non impedire nec adimere
ipsumque Cessionarium suum ac ipsius posteros in praemissis omnibus praesentibus
condescensis nullo modo iniuriari, ita ut is idem Cessionarius suus
cum suis posteris hoc idem Ius praesens Cessum summam ac bona
summa easque onerata praemissaque omnia praescripta Cessa cum universis eo:
rum utilitatibus et usufructibus, competentiisque et praerogativa qua:
vis quiete et pacifice praescripti Inscriptionis Cessionarii vigore tenere
habere et possidere queat illisque uti frui possit, idque sub vadio summa
Duarum Millium et Ducentorum Florenorum Polonicorum penes Regestrum
sive eius posteros superstiti Cessionario suo vel eius successoribus ob
non Completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam
in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad solvendum succo ac pro re aliqua parte
ex praemissis non completa complenda. Citatus ex ius intratis Regest:
praemissis facta autemque succi ad instantiam praefati Generosi Hyacinthi Dalicki Cessio:
narii sui aut ipsius successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Prae:
myslensem ex tunc recessu superstiti quo ad iuridicum spectat mediante
semper in primo litteris termino tanquam peremptorio stare comparere
veritate vadium praefactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne
iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad ea omnia
inscribit et obligat praescriptis illius terminum primum peremptorium ut et
alios omnes exinde consequentes Causae eius terminos semper per plenipot.
vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum lega
tione intra vel extra Regnum servitio militari ad incrementa
ad Exercitum, volatis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo, ad quietationem praeterea ultra grossos officii praefati Ca:
strensis Capitanealis Praemysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque
reformationes appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa paritis
simpliciter vel duplicatis exceptionibus, suspensionibus fatalibus Iuris
praescriptione Terrae bello conventioneque ac aliis cautelis Iuris remediis et de:
fensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac
sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Laus Deo.